

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

CLXXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

A. 1575.

P A R S Q U A R T A.

911

ræ proventum & conservationem plurimum facturum esse. Perspecta mihi est ejus pietas, eximiæque virtutes, non vulgari judicio junctæ, quo magis illi Ecclesiæ, Scholæque vestræ & tibi gratulor, & præcor à Domino illustres successus. Gallica tempestas quo sit evasura, novit Dominus: nam si peccata re-spicias, peccatur intra Iliacos muros & extra. Ferri Regis intemperies & ty-rannis à terra ipsa nequit. Hugonoti multa habent, quæ velimus correcta, nisi id solum, quod se murum Antichristo opponunt hactenus, & spes sit de illis, si detur quies, quæ prave imbibetur, monitos mox, aut paulatim rectius ex-aminatuuros, & adprobatuuros meliora. Saluta reverenter uxorem, Generum, clariss. virum, ejusque conjugem, cui partum felicem præcor, Erasmus & fra-tres Symmistas omnes. Salutant te, Coccius, Füglin, Gryneus. Basil. 3. Februari. Anno 75.

Tuus ut semper frater

Sulcerus.

CLXXXIX.

S. D. Reverende & Carissime Domine compater.

Bαρδίσαντος μητέραν ὑπερ φίλαυ, ἀκά ποθενα. Εξοντας πάντας βρεττούς ἀεὶ τι φιρότας· Inquit Theocritus. Hæ horæ isthic mihi patienter expectandæ fuerunt multis mensis; nec dubito, vobis quoque in Scholæ laboribus initio varias difficultates & molestias objectum iri, quas magnitudine animi, diligentia, si-de, tolerantia laborum, dexteritate & assiduitate operarum feliciter DEO ju-vante superabitis, & optatas ἄες & successus felices divinitus vobis præberi experiemini. Nunc Osius tandem cum familia accedit, cum quo te aman-ter & fideliter opera, exemplo cecii & claudi, communicaturum esse non dubito. Meministi enim imaginem illam optimi status in Republica: Λίσση τις λιτόβούιος ἔπειρος λιπανγός ήγι, πέδαις χερός, διμοστα χρωστήροι. Ita collegas decet mu-tua commoditate, candore & fide sarcire, quod ab altero forte neglectum est. Quarè nunc etiam ἀλιοτει συμέμων φυλάσσοτο εὐτροφει καὶ σὺ τὸ δι. Bene & fe-liciter vale. Steinæ. Die Solstictii.

Ad D. Sebaldum Feulnerum, & nobiliss. ipsius conjugem diligentius scri-bam, & grati animi significationem ostendam, cum primum domum rediero. Inter ea versiculos adjunctos ipsi per occasionem exhibebitis.

David Chytræus.
CLXXX.